

Bibl.
603 m

M. WILHELMI CHRISTIANI JVSTI
CHRY SANDRI,

PASTORIS-COLLABORATORIS AD AEDEM S. STEPHANI
HELMSTADIENSEM,

HYPOMNEMA HISTORICO-PHILOLOGICVM

DE

PRIMO SCRIPTO
ARABICO,

QVOD IN GERMANIA TYPIS EXCVSVM EST:

رسالة بولوس الرسول الي اهل غلاطية

EPISTOLA PAVLI

AD

*Hist. litt. gen.
XXII 300 15.*

GALATAS.

HALAE

In Typographia Orientali Instituti Judaici. CCCLXXXXVIII.

379

ГИМНАЗИЯ
САМОДЕРЖАЩЕГО
МИНИСТЕРИСТВО

МОСКОВСКОЕ ИСТОРИЧЕСКОЕ

БД

ОГЛАШЕНИЯ
ОБРАЩАЕ

ПРИКАЗЫ ОБЩЕСТВА
СОБЫТИЯ


СОСУДЫ
СИНЕ

СА

СИНЕГО

A
SON ALTESSE SERENISSIME
ELISABETH
SOPHIE
MARIE,
LA DUCHESSE DOÜAIRIERE
DE BRONSVIC ET DE
LUNEBOURG,
NÉE DUCHESSE DE SCHLESWIG HOLSTEIN,
STORMARN ET DITMARSEN,
HERITIERE DE NORVEGUE,
COMTESSE DE OLDENBURG ET
DELMENHORST. ETC. ETC.
MA TRES GRACIEUSE PRINCESSE.

SONATAE CLAVICELAE
IN SEVEN PARTS
WITH PIANO
BY J. H. POE
EDWARD
DE BRONZAC ET DE
L'UNIVERSITE
MUSIQUE DE CHAMBRE
PARIS
HERIBERT DE NORWICHE
COMTESSA DE OBERNURG ET
DE TIRMINORATZ
GRACIUS PRINCIPAL



ACCESSVS.

§. I.

Praestat lingua Arabica usum egregium in *Conducibilium pri-*
negotio fidem CHRISTIANAM inter mi-*mordia nos-*
feros populos propagandi. Si voce &*se, gratum*
scriptis impertiendum est Turcis, quid-*est; hinc*
quid bonae mentis, per reuelationem di-*etiam stu-*
uinam, ex Asia ad nos deuectam, habemus; si officii *dii linguae*
est, salutiferam euangeli lucem, ex pura puta Dei *Arabicae,*
gratia nobis oblatam, in coecos quosuis refundere, *in Germania-*
sicut precamur, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου: Arabica lin-*nia hodie*
gua, omnibus fere litteratis hominibus extra orbem *haud im-*
Christianum communis, aptissimum a) commercii spi-*pigri.*
ritualis instrumentum est.

Prae-

a) Ne haec sententia mea nullo illustretur suffragio, rescribam,
quae I. H. CALLENBERGIVS (dubium, an Germaniae
potius quam Orientis ciuis dicendus fit) a. 1747. consignauit:

A

docens,

Praestat haec vsum in *Theologia Polemica*, vbi
ingenue exponendus ac refutandus est KORANVS,
norma fidei Muhamedicae, quae tantam hominum
vim fascinavit. Fit ista refutatio melius ea lingua,
quae Moslemis nota, & qua iste pseudo-canonicalis scriptus
est. Praestat Arabum lingua vsum in *Exegetica*. Vt
enim

docens, quam late pateat usus litterarum Arabicarum, sei in
welchen Ländern die in Arabischer Sprache gedruckten Bü-
cher einen Nutzen haben können. Ich will erst, inquit,
derer Wörter gedenken, da die Arabische Sprache voll-
ständig im Schwange ist. In Asien gehörte dahin im Tür-
kischen Reiche Arabien, Soria, ein grosses Theil von der
Landschaft Diarbecker; und im Persischen Reiche die
Provinz Erack. In Africa wird das Arabische gespro-
chen in Egypten, Fez, Marocco, Algier, Tunis, und
Tripoli. Zum andern will ich nun auch derer Länder Er-
wähnung thun, da das Arabische von allen einiger
massen, von etlichen aber völlig verstanden wird.
So verhält es sich insonderheit mit allen denen Provinzen,
welche die Muhamedaner inne haben. Denn diese
lassen ihre Kinder in den Schulen den Coran, welcher in
Arabischer Sprache abgefasst ist, lernen: ihre Gebeths-
formeln sind Arabisch: ihre Gebeht-Bücher sind ebenfalls
in dieser Sprache abgefasst. Sie lesen den Coran, oder
doch einige Stücke daraus; in den Moscheen werden ihnen
Arabische Predigten gehalten oder gelesen; ihre Gelehrten
legen sich vornehmlich auf diese Sprache, als auf ihre
Grundsprache; ihre Richter müssen die Gesetze, wonach
in allerley Fällen Urteile zu sprechen sind, aus dem Coran,
und den in Arabischer Sprache Juristischen Büchern her-
nehmen. Was Europa betrifft, so ist die Russische Zar-
tarey mit Muhamedanern angefüllt, und das Arabische
wird von vielen verstanden, wie aus mehrern Exempeln
das

enim taceam commoda, e versionibus Veteris ac Noui Instrumenti Arabicis prona, & eo quidem largiora, quo aptior lingua Arabica, antiquitatis priuilegiis conspicua, ad exactas versiones per diuitias b) suas est, facit ea ad solidiorem linguae Hebraicae cognitionem, *tum* in deperitarum radicum inuestigatione, c) *tum* in conciliatione significationis deriuatorum paradoxae & alienae a significatu radicum, *tum* in $\alpha\pi\alpha\xi\lambda\epsilon\gamma\omega\mu\epsilon\tau\omega\pi$ vel rarius occurrentium vocum valore indagando,

A 2

tum

das erwiesen werden könnte. Anslängend Asien, und zwar erst das Türkische Reich, so ist in allen denen Provinzen, da die Türkische Sprache die Oberhand hat, dennoch die Arabische nicht nur den Gelehrten, sondern auch gemeinen Leuten so geläufig, wie etwa den Polacken das Latein. In Georgien ist das Arabische fast noch bekannter. Im Persischen Reich findet man ebenfalls das, was vorhin überhaupt von den Muhamedanischen Ländern erinnert worden. Nicht zu gedenken, daß ein Drittel der Persischen Sprache aus der Arabischen entlehnet ist. Darauf folget Ost-Indien, in welchem man zwar noch gar viele Hephden antrifft, doch ist die Anzahl der dar befindlichen Muhamedaner nicht geringe. Auf der Morgenländischen Küste von Africa und den da herum liegenden Insuln sind die meisten Einwohner der Muhamedischen Religion zugethan, und in dem grossen Habeschinischen Reiche wird eine Sprache geredet, welche mit der Arabischen sehr nahe verwandt ist; Ja am Hofe mag das Arabische völlig verstanden werden.

- b) Taceo de primitiorum copia. Dico tantum de synonymorum vbertate. Leonem arabes exprimunt nominibus 500, serpentem 200, mel 80, ensem 1000. &c.
- c) Confer A L B. SCHVLTENS *Origines Hebraeas, ex Arabiae penetralibus reuocatas* a. 1724.

tum in explicatione vocum quarundam Arabicarum, textui originali interspersarum, *tum* in restituenda significatione vocabulorum Hebraicorum amissa, huic illiue scripturae sacrae loco cum fructu applicanda, *tum* in integris locutionibus atque constructionibus, siue excusandis, siue interpretandis. De hac autem insigni linguae Arabicae ad sacrum codicem felicius intelligendum vtilitate qui dubitet, d) hodie nemo est.

d) Postquam non solum EXTERI, *Bataui LUDOVICVS DE DIEV* in animaduersionibus in V. T. itemque IIII. Euangelistas, Actus item Apostolorum & epistolam ad Romanos, cum textu originali comparans, *JACOBVS GOLIVS, ADRIANVS RELANDVS, ALBERTVS SCHVLTENS* in variis scriptis; *Heluetii, IOANNES HENRICVS HOTTINGER,* (eodem anno 1667, quo ingens ille Arabs Bochartus in lecto obiit, sed sequenti mense, Iunio nimirum, aquis extinctus.) in sinegmate orientali, *FRIDERICVS SPANHEMIVS iunior, IOANNES CLERICVS; Gallus* ille in primis *SAMVEL BOCHART* in Geographia sacra atque Hierozoico; *Angli EDWARDVS POCOCKIVS* in notis miscellaneis & commentariis in non nullos prophetas minores, *BRIANVS WALTONVS*, episcopus Cestriensis, in introduktione ad lectionem linguarum orientalium, *BEDWELLVS, EDMUNDVS CASTELLVS* aliique speciminibus suis demonstrarunt, quantum lingua Arabica ad Hebraeae perfectiorum intelligentiam conferat; Verum etiam *Germani ANDR. ACOLVTHVS* Bernstadio-Silesius, *IOANNES HENRICVS CALLENBERG, LVD. MICH. CROCIVS, IO. FRISCHMVTH,* eiusque in munere successor, *IOH. ANDR. DANZ, THEODORICVS HACKSPANIVS, ABRAHAMVS HINCKELMANNVS, Misnicus*, cuius opera Alcoranus primum inter nostrates in publicum prodiit, *HENR. HOEFFNERVS, IOH. ABRAH. KROMAYER, IOH. GOTHOFR.*

est. e) Ipsi Iudaei, quando haesitant, ad Arabismum confugiunt. Constitui iam solent in aliquibus aca- demiis professores linguae Arabicae. Primus a FRI- derico, Electore Palatino, constitutus est, teste KIR- STENIO lib. 2. de *canone canonis* p. 5. Habentur Romae, Mediolani, Patauii, Londini, Parisiis, Lug- duni Batauorum, Halae in aedibus ven. Callenbergii, & in pluribus Germanicarum Musarum sedibus typ- graphaea Arabica; satis celebrata.

Atqui eorum, quae vtilia sunt, originem & progressum nosse, irruat. Fuerit igitur haud iniucundum, recogitare, quisnam primus inter Germanos in vtilissimae linguae Arabicae studio glaciem fregerit? ecquis ad usum eius inter nos diuulgandum primus Arabicae linguae aliquid typis mandauerit?

HISTO-

THOFR. LAKEMACHER, ANDR. MULLER, IOHAN.
HENR. MICHAELIS, CHRISTIANVS BENEDICTVS
MICHAELIS, Praeceptor pridem & hospes meus, grata
mente colendus, AVGVSTVS PFEIFFER, CHRISTIA-
NVS RAVIVS, ANDREAS SENNERTVS, PAVLVS
TARNOVIVS, qui euangelii Iohannis translationem Ara-
bicam Latinitate donauit, aliique bene multi linguae Arabicae
praesidia ad veritatem Hebraicam & Graecam dilucidandam
feliciter adhibuerunt.

e) Hanc celebrant peculiaribus in laudem linguae Arabicae
habitis orationibus THOMAS ERPENIVS, IOH. HENR.
MADERVS, VITVS WOLFIUS. Iungatur his THOMAE
HVNT S. T. P. oratio *de usu dialectorum orientalium, ac*
principue Arabicae in Hebraico codice interpretando, Oxonii
in schola linguarum 1748. habita, & I. A. KROMAYERI
tract. de usu linguae (Francof. & Lips. 1707.) quem totum

JOH. CHRISTOPH. CLODIVM in sua theoriā & praxi linguae Arabicae, ablato nomine & titulo, praefationis loco posuisse, dicitur in *Actis Historico-Ecclesiasticis Tomo I. Part. I. p. iii.*

Nec plane inutilem esse linguae Arabicae notitiam Iuris Consulto, docet Iohannes Christianus Clodius in *Schediasmate de Iure Consulto Philologo*. Medicorum Arabicorum methodum therapeauticam cum methodo nostratium Medicorum contulere Kirstenius, Rolfincius, Vedelius, Velschius. Notum est, quod GALENVS ex Arabicis codicibus maximam partem integrati sue restitutus sit, siquidem Saeculo V. ex temporibus ALMANSOR, principis Arabum, praestantiores Graecorum scriptores in Arabicum sermonem conuersi erant. Philosophi itidem haud parum instrumento huius linguae lucrari possunt. Annotauit RELANDVS, multa, de quibus, quasi recens inuentis, sibi plaudit Philosophorum familia quaedam, (e. c. ea, quae de *corpore mortuorum interimistico*, seu purissimo vehiculo & habitaculo, in crassi corporis abiecti vices succedente, narrant, ea quae de *determinatione & de necessitate hypothetica, de mundo optimâ ratione fabrefacto tradunt) iam dudum a Philosophis Arabum proposita esse. Philologo conducere hanc linguam, nulla eget probatione, quum nimis multas linguas nullus Philologus teneat, Arabica autem lingua, quo tenacior antiquissimorum nominum est, eo magis ad Geographiam orientalem illustrandam faciat. Nihil addam praeter hoc, *nomina propria* plurima ignotae significationis futura esse, nisi Arabica lingua facem ageret. Exemplo sit nomen OSMANNVS, etiam in medii aevi documentis saepe occurrentis, & FERDINANDVS. Designat hoc non tam *ensem*. In voce enim فَرِیدٌ ferjadon & in plur. فَرَآيْدُ ferajadon, quae *ensem*, cui aliis non similis est, notat, est littera ئ je, in voce FERDIN haud obuia. Sed est nomen, descendens a verbo فَرَادَ farada, quod notat in coniugatione I & X incompa-*

*incomparabilis in aliqua re fuit, singulari sapientia emi-
nuit, doctus, iuris peritus fuit, & quidem a participio
classis primae nominascente faredon.* Vocabulum פְּרִידָן

Feridon seu فَرِدَانْ Ferdanon occurrit 2 Reg. 9, 8. Gen. 4,

14. *vnicum, solitarium denotans, prout فَرِدَانْ ferdi, sepa-
ratim vnum, singulariter incomparabilem. Sic פְּאַרְדָּן valet
facebarum praestantissimum & album. conf. CASTELLI Lex.
Hept. p. 3060. Patet igitur, Ferdinandum significare excel-
lentissimum siue potentia, siue ingenio & perspicacia. Al-
manach calendarium h.e. Jī al & μαρακός luna & mensis,
seu, ut apud Vitruvium est, *circulus lunaris.* Alchymia h.e.
Jī al & χυμεῖα.*

HISTORIA IPSA.

§. II.

Honor a) iste tribuendus est animarum pastori Schoenauiae (qui pagus, vix lapidem vnum a Nicro fluui disiunctus, Ladenburgum & Heidelbergam vrbes sibi proximas habet) nempe RUTHGERO SPEY. Hic enim, incredibilis vir industriae, eo tempore, quo in Germania neglectae iacebant litterae Arabicæ, auctor suasorque ad eas colendas exstitit popularibus suis, non solum voce & calamo, sed etiam exemplo suo, suppeditatisque huius linguae addiscendae adminiculis. Edidit nempe ex antiquo Manuscripto EPISTOLAM AD GALATAS Arabice. Immo vero catechismum fidei Christianae in idioma Arabicum suo Marte transfudit. Ac ne quid desideraretur, etiam Grammaticam Arabicam litteratissimus hic ecclesiastes euulgauit, quae quidem prima omnium est,

*Primus li-
ber Arabi-
cus a quo-
nam edi-
tus sit?*

est, in Germania vñquam publicatarum. §. 9. Tanta contentione primus ornementorum Arabicorum splendorem patriae intulit, quanta deinde vix quisquam aliis hoc studium iuuit. Heidelberga, celebris in Palatinatu ad Rhenum ciuitas, etiam hac de causa amabile ac sacrum in fastis Philologorum nomen est, quod ea primum libellum Arabicum, typis Arabicis impressum, Germaniae dedit. (§. 7.) Dedit autem recuperatae salutis anno MDLXXXIII, qui candidis lapillis signandus est. Post hunc annum Germanidum plures, perruptis tenebris, ad eorum notitiam pertinaci labore adspirabant, quae ante hac, in MSC. visa, stupore omnes perstrinxerant.

a) Procul Famae haud quidem fuit **RUTHGERVS** noster. Loquuntur omnia, quae & ipse scripta reliquit, & quae alii de eius ingenio ac vitae ratione in litteras retulerunt, eum meritum potius ambiisse, quam gloriam. Debemus eos tamen laudem, si omnibus iis, qui bonam rem, **antea** intentatam, sed multiplici cum fructu fratum nostrorum coniunctam, atque honorem Domini nostri amplificantem, suscepereunt, encomium debetur. Debemus, quia ista laus in **DEVM**, verum auctorem omnium bonorum, redundat. Debemus, inquam, ut gratae memoriae testificatione alios, ad bene de erudita pietate merendum acuamus & excitemus.

Constituamus Ruthgerum nostrum ad latus **IOHANNIS POTENII**, coryphaei illorum, qui Aethiopicam linguam typis mandanere. Prodiit quidem a 1548. Aethiopica N. T. versio (in qua tamen, quod mireris, Paullinae epistolae desunt.) Clausura huius editionis huc redit: *Hic liber impressus est Romae tempore Papae Romani PAVLI FARNESEII & Patriarchae (Alexandriae) Gabrielis nostri & regis nostri. Et elaborauit spus hoc TASFAZIION MALCHESING, qui propter salutem*

tem animae suae & pietatis causa Hierosolymam profectus est.
Sed primum scriptum Arabicum, quod vñquam impressum
comparuit, est illud, quod Potkenius a. 1513 Romae in 4.
promulgauit, nempe *Psalterium Chaldaicum* (h. e. Aethio-
picum) & *Canticum Canticorum*, & alia *Cantica biblica*.

Comparemus etiam RVTHGERVM illum cum MARTINO
TROSTIO, academiae IVLIAE quondam, quanquam
per tempus breue, linguarum Orientalium Professore. Huic
laudi dicitur singulari, quod primus exstitit, qui *intra ecclesi-
am euangelicam* in Nouo Testamento SYRIACO scite pu-
blicando feliciter elaboraret. (Secunda enim inter Euangelicos
editio Syriaci N. T. post 40 annos prodiit, nacta editorem
AEGIDIUM GVTBIERLV M, Professorem apud Hambur-
genses meritissimum). Vulgauit id Trostius cum versione La-
tina, quae singulis paginis subnexa est, & variantibus lectio-
nibus, Cothenis, anno 1621 & 1622. (Errat HENNING
WITTEN, referens 1627.) Praemisit praefationem IACO-
BVS MARTINI, Professor Vitebergenfis, itidem celeberrimi-
mus. Vocat hic TROSTIVM virum orientalium studiosissi-
mum ac peritissimum, nouamque Syrae versionis editionem
erudite correctam atque emendatam, & omnium accuratissi-
mam. Tantum tribuit operae Trostii, vt eam componat
cum opera IOHANNIS ALBERTI WIDMANSTADII,
ICti & prouinciarum Austriae orientalis cancellarii, ac MO-
SIS MEREDINAEI, ex Mesopotamia sacerdotis. Qui du-
nniri iussu & sumtibus diui FERDINANDI, Romani im-
peratoris, a. 1555. Viennae Austriacae Syriacum codicem, a
MEREDINAEO in Germaniam allatum & imperatori oblatum
A. 10. post Lutheri obitum, emiserunt. Subiicit Martini, esse
quidem Trostium sequutum editionem Widmanstadianam, sed
non solam, verum alias quatuor editiones, diuersis locis im-
pressas, summa cum eruditione contulisse. Quodsi igitur
laude sua non defraudatur WIDMANSTADIVS, editor des-
ideratissimi Syriacae versionis thesauri, qua non solum Ger-
mania nostra, sed tota etiam Europa per decim & quatuor

B

saecu-

faecula caruerat; Si TROSTIVS merito extollitur laudibus, quod vtile propositum aggressus fit, eoque intercedente Deus, omnipotens animorum moderator, animos Principium Saxonum atque Anhaltinorum adduxerit, ut cuperent, lucem euangelii recuperatam translationis Syriacae antiquissimae curatori editione adiuuare, liberalitatisque suae eum in finem documenta darent: Non minori profecto honore dignus est RUTHGERVS SPEY, qui linguae Arabicae inter Germanos languenti, & cum temporis difficultatibus luctanti, vitam quasi inspirauit, eamque iis, qui sacras litteras explanant, familiariorem reddidit.

Ego quidem eo minus dubitaui, hunc Ruthgeri libellum iusta laude persequi, quia consultus a me vir excellentissimus CALLENBERGIVS, respondebat: Mir ist nicht erinnerlich, von selbiger Schrift eine ausführliche Recension gesehen zu haben. Nec maioris in historia momenti est, praesentia posteritati tradere, quam praeteritorum factorum memoriam e documentis fide dignis repetere. Si hoc praeferim accersit, ut diuinae prouidentiae vestigia in apricum producantur. Atqui linguae Arabicae notitia renascentibus studii bibliici administriculis accensenda, diuinaeque pro ecclesia curae specimen est.

§. III.

*Rarissimus
libellus.*

Liber iste Arabicus, coryphaeus librorum Arabicorum, deinceps in Germania typis inuulgatorum, quem §. 2. attigi, si non phoenicibus librorum accentus est, admodum tamen rarus est, ac vix in centesima eum bibliotheca offendit, omnes fatentur historiae litterariae helluones. Siue non multa exemplaria formis typorum descripta sint, a) siue ea in dissitas regiones transuecta sint, siue fatum quoddam ea abstulerit, siue alia sit raritatis ratio, non inquiram, sed litteratissimo ecclesiastae Hannoverano DAVIDI CLE-

CLEMENTI, diiudicandum relinquo, qui *bibliothecam* suam *curiosam & criticam*, seu *catalogue raisonné de livres difficiles à trouver*, galeabit ornatissimo pro-dromo *sur les causes de la rarité des livres.* Forte b. I. F. REIMMANNVS in MSC. *Manuductione ad libro-rum notitiam* (vid. eius vitam p. 174.) canones quos-dam sanxit, ad diiudicandum hunc rarissimum librum facientes. *Omnes libri impressi*, inquit, *sunt vari, qui ab inuentione artis typographicae usque ad Saeculum XVI.* *Sunt impressi.* Item qui *auctoritate publica prohibiti, combusti, expurgati, castrati, cum aliis collati, ab ipsis auctoribus vel etiam ab alio quodam erudito viro notati, correcti, auerti, additamentis quibusdam ineditis locupletati, singulares ob causas suppressi, παράδοξοι;* *Quorum oppido pauca excusa sunt exemplaria, qui prodierunt sumtibus auctorum, in locis dissitis &c.*

Qui cumulate proferre possem eruditorum de rariori hoc Ruthgeri Spey libello Arabicō testimonia, breuitatis studiosus vnicum, Professoris linguae Arabicae in academia Lipsiensi celeberrimi, b. IOHANNIS CHRISTIANI CLODII nempe, producam, qui in suo *النحو العربي* pagina 43. plag. C 2 hunc librum raritatis nomine laudat, ita quidem : "E Nouo Testamento ad linguae huius exercitium epistolam ad Galatas, Rudimentis linguae Arabicae, LIBRO PERRARO, iam anno 1583 Heidelbergae edito, RVTHERVS SPEY, Pastor Schoenauiensis (rectius forte Schonauiensis) in Palatinatu adiecit." Tres bibliothecae sunt, in quibus hoc amoenum Arabicae litteraturae cimelium seruari, certo equidem scio. Altera est Gothana. Sic

B 2

enim,

enim, academiae Fridericianae decus, IOHANNES HENR. CALLENBERG mihi scripsit: Des Ruthgeri Bemühungen verdienet allerdings umständlich erwähnet zu werden. Ich fand das Büchlein im Jahr 1717 in der Fürstlichen Gothaischen Bibliothek in meiner Jugend, und wurde durch dessen (RUTHGERI SPEY, qui nempe memorabilis argumenti præfationem opellae præfixit) pia desideria und Bemühung nicht wenig gerühret. Daher ich auch in meiner öffentlichen Rede, welche ich bey dem damaligen Iubilaeo im Gymnasio hielte, davon etwas *) anführte. Altera est bibliotheca Serenissimae Ducis Brunsuico-Luneburgensis ELISABETHAE SOPHIAE MARIAE, magni Ducis quondam nostri AVGUSTI WILHELMI, Principis pii, felicis, optimi celsissimae viduae; Brunsuigae collecta. Est sane hic hortus librarius, hortum Luculli superans, inter ornamenta inclytae huius urbis haud postrema referendus. Clementissima illa, atque immortalitate digna PRINCEPS, vti verbo diuino, vnico verae sapientiae commentario, delectatur, atque pro grandi Dei beneficio reputat, quod is voluntatis suae declarationem minime ita adstrinxerit vni linguae, vt non potuerit ea etiam in aliis linguis declarari: Sic in primis thesaurum bibliorum sacrorum, vndiquaque conquistorum, præstantissimum comparauit. Vides ibi selectissimos libros pietati excitandæ inseruientes; Vides eos ordine dispositos, qui admiratione ac imitatione dignus est, ob commoditates, quas parit; Vides praecipue apparatus BIBLIORVM quartuus fere gentium, quae lucem reuelationis colunt; Vides plures & rariores cuiusque populi bibliorum variis in linguis editiones; adeo vt, si quaestio sit, vbi optime appareat, *authentica Dei eloquia omnibus versionibus esse anteponenda*, responderim, Brunsuigae in basilica, quae dicitur der graue Hof, quippe ibi tanta versionum biblicalarum copia congesta afferuatur, vt collatio translatio-

lationum cum textu inspirato ibi locupletissime institui possit. Sunt vina quaedam, quae recusant exportari, nec retinent saporis gratiam, nisi in his locis, in quibus proueniunt, gustentur. Alia est nectaris verbi diuini ratio. Exportari id etiam potest, nec omnes exspirat pristinae commendationis gratia. Manet enim sensus. Fatendum tamen est, multum dulcedini & ponderi quarundam phrasium decidere, si in alienum sermonem demigrant. Nam natu quo cuiusque linguae decore fountentur sententiae quaedam, subnixaeque certis, ut ita dicam, idiomatismi culturis sustinentur. Dico igitur, in ista officina sacra a linguarum perito optime ostendi posse *necessitatem sacrae scripturae textum inspiratum tractandi*. In hac, inquam, bibliotheca sacra Serenissimae Ducis, nostro praeconio maioris, inter alia, quae raritate sua cara sunt, exstat etiam ille paucis visus **) libellus Arabico-Latinus R V T H G E R I S P E Y, de quo heic ago. Tertia est bibliotheca Callenbergii.

*) Haec oratio deinde publici iuris facta est, ita inscripta: IOH. HENR. CALLENBERGII *oratio saecularis* de ERNESTI PII, *Principis Saxoniae, consiliis & conatibus in munienda via doctrinae euangelicae, inter exteras gentes vulgandae & amplificandae. Halae 1731.* Verba ista haec sunt pag. 7.8: "Fuerunt cordati viri, qui Reuchlini nostri studia imitati sunt, eaque in nostram aetatem propagarunt. Sed nullo numero erant, &, quae dabant, rectiora consilia explodebantur. Eo iam tempore, quo sacra in pristinum statum restituebantur, in lucem edidit quidam ROTHGERVS SPEY, Boiardianus, (error typographicus est, fuit enim Bopardianus) epistolam Pauli ad Galatas, arabice explicatam, vbi praefatur de procuranda editione *noui testamenti* arabica, & in Turcarum prouinciasmittenda, tamquam optimo vulgandae religionis Christianae modo: excitatque principes Palatinos, Wurtembergicos et Hassiacos, ad exsequendum consilium, de amplificando verae religionis cultu suppeditatum, & sumtus denique, ad eam rem necessarios, principes conferre iubet."

**) Neque JOHANNES GEORGIVS HAGEMANNVS hunc libellum vidisse, vel audiuisse de eo videtur; cuius libellus,

qui inscribitur: Nachricht von den vornehmsten Uebersetzungen der heiligen Schrift in andere Sprachen, nebst deren ersten und vornehmsten Ausgaben (Quedlinb. 1747. 8.) ex hoc hypomnemate meo augeri meritissimo titulo potest. In sectione enim II, vbi ex instituto de versionibus librorum N. T. in ORIENTALES linguas agitur, pag. 56. omissam videbis, lector! EPISTOLAM ARABICAM AD GALATAS a RUTHGERO SPEY, obstetricantibus typis, luci datam; quam tamen & ad primas & ad principales conuersiones pertinere, nemo inficias iuerit. Ne nominatur quidem ibi laudandus Ruthgerus noster, sed sola POLYGLOTTA Parisiensia & Anglicana, IOH. BAFT. RAYMUNDI IV Euangelia Arabica & ERPENII labor tantum commemorantur. Neque in accessionibus, quas diligentia celeb. ELIAE CASPARIS REICHARDI, amici suauissimi, in den Braunschweigischen Anzeigen Anno 1747 Num. LXVIII & anni 1748 Num. LV. LVI. ad illum librum fecit, video hanc rariorem, quae in primiceriis est, ARABICAM metaphrasin attackam.

Nec in tribus illis Tomis bibliothecae Orientalis Clementino-Vaticanae, quam edidit JOSEPHVS SIMONIVS ASSEMANNVS, Romae 1719, inuenire Manuscriptum Arabicum EPISTOLAE AD GALATAS potui. Quum igitur id Romae asseruari haud videatur, dubium mihi est, num illud MSC., unde hunc libellum describendum publicis formis curauit RUTHGERVS, Romanum deportatum sit? §. 7. Nec mei otii fuit, perscrutari, num hodie supersit illud MSC. & vbi loci deliteat?

Mitto iam IOHANNIS VOGT catalogum historico-criticum librorum variorum (Hamb. 1738), ut mentionem faciam IOHANNIS CHRISTOPHORI WOLFII, τοῦ πάντων. Hic in Bibliotheca Hebraea, in qua Parte II pag. 437-440. (Hamburg 1721.4.) de versionibus librorum ARABICIS disquirit, (maxime, de profectis a Iudeorum manu) etiam silentio praeteriit SPEYANAM editionem Arabico-Latinam litterarum, ad GALATAS inviam reducendos datarum. §. IV.

§. IV.

Haud displiciturum esse lectori, spero, quando heic stiterim *integram inscriptionem Libri*, cuius tanta non solum *ra-*
ritas, & quia agmen dicit, celebritas est, verum etiam cu-
ius, ad excitandos μυστάρχας, tam über in Germania fructus Titulus
totus
primi
scripti A-
rabici
impressi.

جَسْمُ الْمَلَكِ وَالْمَلَائِكَةِ إِنَّهُ مَرْسَالَةُ الْمَلَكِ وَالْمَلَائِكَةِ

وَالرُّوحُ الْقَدِيسُ الَّذِي وَاحِدٌ مَرْسَالَةُ بُولَسُ الرَّسُولُ الَّذِي أَهْبَطَ
* EPISTOLA PAVLI ad GALATAS; item sex prima-
ria capita christianæ religionis, Arabice. Quibus ad finem ad-
iunctum est compendium Grammatices, Authore RVTGERO
SPEY, Bopardiano, ecclesiæ Schonauiensis, quæ supra Heidel-
bergam ex Gallis colligitur, & ab illustrissimo Principe,
LVDOVICO, Electore Palatino, &c. fovetur, Pastore. Addita
quæque est interpretatio Latina ad verbum, (eodem Authore)
reddita. Hæc antehac nunquam typis euulgata, nunc primum
in usum studiosorum huius linguae exciduntur. Dan. 7.
וְהַלְאָה שֶׁלֹּטֵן וְיִקְרֵב וְכָל עַמְמִיא אֲמִיא וְלִשְׁנִיא לְהַזְּפָלָה
וְהַבְּשָׂרְבָּנָה שֶׁלֹּטֵן עַלְמָם רְיַדְלָא יְעֻרָה וְסְלִכּוֹתָה דְּיַדְלָא תְּחַבְּלָה:
Phil. 2. Πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησὸς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς. Continet plagulas $X\frac{1}{2}$ in forma quadripartita. In pagina ultima apparet sigillum Mylii cum hac *circumscriptione*: IACOBVS MYLIVS. Coronas annum benignitate tua. Psalm. 65. Cum hac *insciptione*: HEIDELBERGÆ. Cum hac *subscriptione*: Excudebat IACOB MYLIVS MDXXCIII. ***) In præfatione additur: mense Julio.

*) Hoc est, (diceat enim propter eos, qui litterarum Arabicarum ignari sunt, eas saltem, si punctis, ut heic, destitutæ sunt, minus callent, pronunciationem adiicere!):

Bismilabi walibni warruchikudusi Ilahen wahhiden. Risalatu
BAVLVsarrasuli ila ahli Galatijati. Seu

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Dei unici.

Epistola PAVLI apostoli ad populum Galatiae,

a)

a) ئَلْوَجْ (risalaton) missio, legatio, quod mittitur, nuncius,
breuius scriptum, tractatus, epistola, 2. Cor. 10. 9. KORAN
Sura LXXII. 18. Descendit a مَسْلِىٰ misit.

b) بُولُسْ (Baulusu) Paulus. Amant Arabes permutationem
litterarum eiusdem organi, B. P. & vice versa. בָּרֶל תַּדְלֵן Gen. I, 4. efferunt פָּסָל pazala.

c) رَسُولٌ (Rasulon) Apostolus. d) إِلَيْ (ila) ad.

e) أَهْلٌ (ahlon) populus, cætus hominum, quasi sub eodem
أَنْهَل tentorio degentium. Homines, qui ad aliquem vel
hominem, vel locum, vel ad regimen, professionem & testi-
monium, ac institutum commune pertinent.

f) Γαλατία Galathia. Seu Gallogræcia, inter Phrygiam,
Cappadociam, Paphlagoniam Bythyniamque interiacens, o-
lim pars Phrygiæ, a Gallis occupata. Per ecclesiā Galatiæ
Lystrenses ac Derbenses potissimum innui, iudicat clarissimus
Pædagogii regii, quod Ilfeldæ floret, Rector, meus olim Præ-
ceptor, quem pie colo, IOH. IOACH. SCHMIDIVS in singulari
schediasmate, Northusæ 1748, motus his rationibus: 1) quod
GALATÆ in iis gentibus querendi sint, quas Paulus ipse ante
Concilium Apostolicum diuina veritate imbuerit, & quæ Act.
13. & 14. memorantur; in his autem capitibus quod Lystren-
sium & Derbensium tantum fiat mentio: 2) quia Derbenses
ac Lystrenses provinciæ Galaticæ tempore Claudii, quo Pau-
lus epistolam illam scribebat, iam adiecti erant. Quod item
prædicata isti subiecto bene conueniant.

**) Interpretatione igitur eget, ut verum maneat id, quod EDMUNDVS
CASTELLVS in præfatione ad *Lexicon Heptaglotton* (Lond. 1669.) sic
num. 3. docet: "Anno 1500. Hebraicæ tantum linguæ, ope laudatissimi
Capnionis, eiusque sequacium, exiguis emicuit radius; nec non Chal-
daicæ, paulo post, studiis indefessis doctissimi s. MVNSTERI. 2) Post an-
num 1550 faustissimis D. Widmanstedii in Orientem profectionibus
atque curis, dialectus Syriacæ enituit exoptata cognitio. Sub idem
tempus

tempus prodierunt Biblia *Complutensia*, & Regia in tribus istis linguis. 3) POST ANNVM MDC. t LITTERAE ARABICAE, STVDIIS CVM PRIMIS M. Bedwelli nostri, atque Cl. T. Erpenii LAETE AC FELICITER NOBIS AF-
FVL SERVNT. 4) Ab anno autem 1650 longe fulgentior exortus est asterismus Lingg. *Aethiopicae*, *Persicae*, *Malai-
cae*, apud nos in *Anglia*, & apud *Belgas*, *Armenicae*, *Anamaticae*, *Copticae*; *Turcicae*que nunc apud Italos, qui Lexicon nuper ediderunt *Italico-Turcicum*, nec non apud nos *Grammatica Latino-Turcica*, studio digniss. viri D. *Seas-
man* confecta est, & propediem excusura."

† Nam si non de statu litterarum Arabicarum in *Anglia*, sed generatim, de earum in republica litteraria inter Christianos Europaeos incepto cultu sermo esset: Apparet e conditione libelli Arabici, a RUTHGERO SPEY anno 1583 communicati, iam ante annum 1600 Arabicæ linguae studium efflorescere coepisse. Quod ex hoc Arabicō RUTHGERI SPEY, a. 1583 diuulgato diagrammate computo, hoc est, HISPANOS quidem, iisque vicinos GALLOS, ITALOS quoque GERMANIS in laudabili Arabicæ litteraturae translatione praeuenisse; minime vero ANGLOS. RUTHGERVS enim noster quantum excelluerit huius linguae facultate, ex eleganti, quam adornauit, libellorum germanicorum Arabicā conuersione palam est. Nec denum, postquam BEDWELLVS Anglis pulcherrima suaferat, in GERMANIA Arabicā eruditio resonuit. conf. R. Spey *praefatio ad Pauli Epist. ad Galatas.*

§. V.

Ne temere de hoc libello tam honorifice §. 2. *Probatur, quod episto-
la Pauli ad Galatas, a R. SPEY edita sit*
pronuntiasse videar, agite, progredimini vos rationes! quae me induxerunt, & vnumquemque circumspe-
ctum arbitrum inducent, vt credamus, RUTHGERI SPEY
*epistolam Paulinam ad GALATAS esse primum PRIMVM
librum*

librum Arabicum, quem Germanicorum eruditorum industria prelo commisit. Aequum est, vt ipsum RVTH-GERVM, virum optimae notae, suorumque temporum conditionis probe gnarum, audiamus, virum, inquam, plane diuersum ab iis, qui arbitrantur, famam librorum suorum non alatam fore sine plumis ostentationis. Is vero in *titulo* *), & in *praefatione* **) ad Epistolam, qua Paulus Galatas ab errore ad saniores mentem reuocare conatus est, satis declarat, ante hanc Arabicam epistolam nullum scriptum Arabicum, publicis expressum formis, conspectum esse.

*) Confer §. 4. Ipse sub finem monet: *Haec (generatim Arabicica, conf. praef.) ante hac nunquam typis euulgata, nunc primum in vsum studiosorum huius linguae excuduntur.*

**) *Et hactenus, inquit, nihil ad Germaniae nostrae decoris perfectionem & absolutionem defuisse visum est, quam haec duae linguae SYRIACA & ARABICA. Quarum priorem D. FERDINANDVS, Imperator excelsae memoriae, ad ANTIOCHENI Patriarchae petitionem & vsum SYRIACARVM ecclesiarum, nuper euulgauit. Cum Nouum Testamentum typis SYRIACIS, non sine ingenti laude, WIDMANSTADIO autore, exhortatore atque adiutore, Viennae excudi curaret, & magna liberalitate Christianis in Syria degentibus, apud quos haec lingua adhuc hodie in usu est, transmisit - - - RESTAT NVNC ARABICA, quae, vt latissime patet, SIC AD HVC DESIDERAT PATRONVM, QVI ILLAM TYPIS EVVLGATAM, (vt in ceteris factum est) MVNDO COM-MENDET, ET HANC Germaniae nostrae, tanquam postremum suum ornamentum, ad reliquas TANDEM ADII-CIAT. Quam sane curam, vt magnis atque piis principi-bus dignam, si VESTRAE CELSITVD. in se recipierent, atque hanc quoque, vt D. Ferdinandus Syriacam, TY-PIS EVVLGANDAM, animum adiicerent, o quantam glo-*

gloriam, quantos triumphos, quamque immortalem memoriam, hac unica re per totum fere terrarum orbem sibi acquirerent!

<sup>1) e testi-
monio
Ruthgeri
ipsius.</sup>

Interiectis duobus foliis : *Habemus hodie, PIENTISSIMI PRINCIPES!* ex singulari Dei clementia in nostra Germania totius fere mundi linguas praecipuas, quae etiam publice in academiis atque scholis, typis euulgatae, docentur. *HAEC VNICA TANTVM, NOSTRAE GERMANIAE, VELVT ARABICA CORONIS, ADHVC DEEST,* quae, vt est inter reliquas omnes maxima, sic quoque publicationem eius magnis & Christiani nominis praecipuis principibus reseruatam minime dubito, per quam - - - nunc quoque in late regnantis Turcae regionibus per Africam, atque Asiam Dei beneficia ex nostra Germania, per vestram liberalitatem, primum effulgeat.

Deinceps : Et vt tandem finiam, ne opus hoc, grauissimi PRINCIPES! vel impossibile, vel propter nimios sumtus difficile videatur, ego adeo tenuis fortunae homuncio, vt in diem viuere cogar, praeterque libros ac liberos nihil possideam, specimen tamen aliquod huius rei edere volui, quo vel saltem ad ulteriora pergentibus viam commonstrarem.

AD LECTOREM : Quum vidissim, candide lector ! Germaniam, dulcissimam nostram patriam, non solum variis atque utilibus scientiis, verum etiam praestantioribus linguis, vt sunt Hebraica, Chaldaica, Syriaca atque Graeca, esse instructam & exornatam, ET VNICAM illam ARABICAM, quae hodie per totam Asiam atque Africam, nec non in magna parte Europae inter Turcas aliasque gentes in usu est, & in qua non tantum excellentissimos Medicos, verum etiam Philosophos atque Theologos scriptos habemus, ad complementum huius honoris deesse ; NEMINEMque inter doctos, qui hanc linguam diligenter excoluerunt, & ad nos vsque propagarunt, ADHVC EXSTITISSE, QVI EAM TYPIS EVVLGANDAM CVRARET : Ideo - - - operae pretium me facturum esse existimau - - . QVOD SANE, VT ANTE ME IN

C

GER.

*GERMANIA NVLLVS TENTAVIT, sic quoque opus fuit
magni laboris. - - - Vale, amice lector! Et hinc meis
PRIMITIIS IN HAC LINGVA ad tui aedificationem utere.*

§. VI.

2) E comparatione annorum, quibus re- liqui libri Arabici e- diti sunt.

Nec quisquam liber Arabicus notus est, qui in Germania ante hunc, quem laudaui, stanno typographico descriptus sit. In qua sententia etiam rerum Arabicarum peritissimus IOH. HENR. CALLENBERGIVS, olim auditor SALOMONIS NEGRI, *Damasce- ni*, doctissimi Arabicae nationis viri, editisque decem libris Arabicis, (vid. catalog. instituti Iudaici Halensis,) longe celeberrimus, calculo suo me confirmauit. Scribebat enim ad me vir humanissimus: *Ich entfinde mich nicht, etwas Arabisches, so vor Ruthgeri Büchlein wäre in Deutschland gedruckt worden, angetroffen zu haben.* Ut illud, quod dixi, magis patescat, age! indicem quendam exhibeamus scriptorum Arabicorum, typis excusorum, quae historia litteraria tamquam vetustissima annotauit.

Anno 1505. PETRVS DE ALCALA edidit grammaticam Arabicam, ita inscriptam. *Arte para ligera- mente saber la lengua Arauiga.* Item dictionarium Arabico-Hispanicum. Granatae 1505. Hispanicis litteris, teste PETRO KIRSTENIO in vitis euangel. 4.

Anno 1516. AVGVSTINI, Nebbiensis episcopi, Psalterium Hebraice, Graece, Arabice & Chaldaice, cum tribus Latinis interpretationibus & glossis, siue OCTAPLVS PSALTERII. Genuae 1516. mense Octobri prelo typographico perfectum est.

Scri-

Scribit RVTHGERVS SPEY in praef. ad epistolam ad GALATAS:

Propagationem linguae Arabicae hactenus apud nos remoratam esse, certum est, quod nulla potuerint apud nos haber exemplaria, ex quibus haec lingua commode potuisset perdisci. Praeter enim Augustini, Nebbiensis episcopi, Psalterium nihil uspiam (Germaniam innuere videtur, non Europam) in hac lingua impressum exstat, quod tamen ipsum Psalterium sic negligenter impressum est, ut ipsi ARABES vix legere possint.

Hoc Psalterium NICOLAO CLENARDO in manus incidit. Verbis IOH. HENR. CALLENBERGII id narrare malo, qui eius circa Muhamedanorum ad CHRISTVM conuersionem conatus descripsit Halae 1742 Partic. I. pag. 4. 5. "Studio, inquit, ardebat aliquid consequendi scriptum litteris Arabicis, quas nondum viderat (natus erat Clenardus anno circiter 1496). Interrogat DANIELEM BOMBERGIVM, num quis esset Venetiis Arabicae linguae peritus? Respondet ille, medicos quosdam reperiri inter Iudeos, qui AVICENNAE scripta Arabic legant. Protinus ita exultat gaudio CLENARDVS, quasi iam linguae partem teneat, quod in orbe nostro non desint illius gnari. Promisit BOMBERGIVS, se paginas aliquot e Venetiis misurum esse Arabicas. Interea adolescens ex numero quatuor collegii Scholastici conuictorum, linguarum itidem amore captus, PSALTERIVM nanciscitur NEBIENSE, latine, graece, hebraice, chaldaice & ARABICE scriptum. Laetus aduolat ad CLENARDVM, non ignorans, litterarum illarum notitiam pluris ab ipso putari, quam optimum sacerdotium, Iam sibi beatus videtur CLENARDVS, iam praeter Arabicum sermonem ei frigent omnia. At nemo eum Louanii poterat elementa illius docere, nec ullus ibi cestabat libellus, Arabic enarrans rudimenta. Commisit nomina propria Psalmi 83 & aliorum; & sub hoc labore hacque rimandi diligentia omnes linguae huius litteras notitia comprehendit."

A. 1538. WILHELMVS POSTELLVS grammaticam
Arabicam publicauit.

A. 1551. Pentateuchus Hebraice, Chaldaice, Arabice,
Persice. fol. Constantinopoli.

A. 1574. BONAV. CORNELII BERTRAMI *compara-*
ratio Grammaticae Hebraicae & Arabicae. Vignon.

A. 1582. IACOBVS CHRISTMANNVS litterarum A-
rabicarum formas typis exscribendas curauit, sub
titulo *Alphabetum Arabicum.* Neapol 4.

Haec singula extra Germaniam edita sunt. In Ger-
mania editorum autem primicerius est libellus iste,
quem saepius nominaui. Nempe

A. 1583. RVTHERGERI SPEY scriptum, cuius fron-
tem §. 4. proposui. Omissum id est in celeberrimi
CALLEMBERGII *specimine bibliothecae Ara-*
bicae. Halae 1736. R. SPEY tamen nominatur in eius *indi-*
ce rerum Arabic. p. 4. itemque in A. Pfeifferi *Critica Sacra*
Cap. X. p. 296.

Subsident infra hunc annum sequentes :

1591. *Quatuor Euangelia* Arabico-Latina, cum figuris ligno in-
cisis iuxta figuratas Tempestae. Romae, typis Mediceis fol.
Hanc editionem interdum $\delta\omega\mu\alpha\iota\zeta\pi\iota\omega$, ac multo meliores pa-
raphrases illa alibi reperiri, ISAACVS monet CASAVBO-
NVS *Exerc. 15. n. 12. p. 388.*

1592. ALHAAGSIBI *grammatica Arabicæ.* Romæ. Vide Kirſt.
gramm. Arab. (Lugduni Bat.) lib. 3. p. 7.

1595. Specimen Characterum Arabicorum. Lugd. Batauorum.

1608. PETRI KIRSTENII *tria specimina Characterum Ara-*
bicorum, seu oratio dominica, ex vetusto Codice MSC. arabi-
co Caesareo transcripta. Breslæ fol.

1608. PETRI KIRSTENII *liber primus seu Orthographia &*
prosodia Arabicæ. Breslæ.

1610. - - - - liber secundus seu *etymologia Ara-*
rabica.

rabica. fol. Breslæ. Itemque *liber tertius* seu *Syntaxis Arabica.* fol. Idem edidit *Vitas quatuor euangelistarum e codice MSC. arab. Caes. erutas.* Breslæ typis Arabicis & sumtibus auctoris. fol. Itemque *Psalmum L & Alcorani caput primum.*

1609. *Particulam AVICENNAE.*

1611. *Epistolam IVDAE.* (Vide infra pag. 25.)

1613. THOM. ERPENIUS, excitata eleganti typographia, *thesaurum grammaticum* edidit, recusum Lugd. Batau. 4. cura Alb. Schultens 1748.

1616. *Integrum N. T.* Lugd. Batau. 4.

1620. *Rudimenta linguae Arabicae* communicauit, 1628 recusa. Sed haec haetenus.

§. VII.

Depromsit *) RUTHGERVS *Manuscriptum Arabicum, epistolam ad Galatas continens*, e bibliotheca HEIDELBERGENSI, suasu RUDOLPHI AGRICOLAЕ Saeculo iam XIIIИ erecta, per totam, quaqua patet, Europam celeberrima, 39 annis ante, quam hic incomparabilis thesaurus ab exercitu Caesareo direptus, ac partim Romam **) translatus, partim in manus priuatim viuentium dilapsus, partim equis substratus, eheu ! est. Tu etiamnum Musis Germanicis fatalis ac deplorandus audis, anne 1622 ! Instru- Etissimus iste apparatus, vti numerum 60000 librorum excedebat, sic in primis manuscriptis ORIENTALIS ***) litteraturae, & ARABICIS praecipue abundauit. Si non tam multa alia emolumenta illam bibliothecam, in famae theatrum productam, aeternitati commendassent : hoc vnicum, quod primum scriptum Arabicum, prelo concredendum suppeditauit, insigne prorsus esset.

HEIDEL-
BERGEN-
SIS suppel-
lex libra-
rius fuit
promus
condus.

*) Meretur ipse, qui audiatur : *Cum nuper, inquit, in Bibliotheca Illustrissimi Principis LVDOVICI Palatini Electoris &c., quae omnium generum scientiarum ac linguarum libris instructissima est, in ordinandis TALMUDICIS libris, esset occupatus, & incidiisset in aliquot codices vetustissimos manuscriptos ARABICOS, quorum non contemnendus thesaurus, non tantum in Medicis vel Mathematicis disciplinis, verum etiam Sacris in ea Bibliotheca conseruantur, operae pretium me facturum existimauit, si non solum ad hos typis euulgandos pios ac fideles principes, ut ex praefatione videre licet, commoneficeret, sed aliquem quoque, praecepit ex sacris eligerem, quem euulgatum, studiosis huius linguae communicarem. Placuit igitur ad hanc rem, ut maxime idoneam ac piam, EPISTOLA PAVLI AD GALATAS. Cui adieci sex primaria Christianae religionis capita.*

**) Pontifici enim Romano maximam partem huius bibliothecae, accessione instructissimi illius thesauri librarii Laurishamensis auctae, a Duce Bauariae donatam esse, refertur ab HENR. ALTINGIO in *Histor. Palat. MSC.* apud Hottengerum H. E. N. T. Saec. XV. p. 43. 44. et LOMEIERO de *bibliothecis c. 10.* (in Schmidii access. altera ad collect. Maderi p. 201.) Conf. FRID. SPANHEMII, Iunioris, introd. ad *histor. sacr.* vtriusque testamenti p. 475. TENZEL monatl. *Unterredung.* a. 1690. p. 63.

***) Liceat heic verba adducere, quibus IANVS GRVTERVS Heidelbergam, nobile illud renatae Philologiae domicilium, ornat. Hic bibliothecarius Palatinus, (qui sub nomine GVALTHERII latitare voluit) Libro II Chronici Chronicorum Politici, vbi academias recenset, pag. 1257. sic refert: "HEIDELBERGA non tantum censetur & optime passim audit ob academiam & Electoris Principis aulam, sed etiam ob Bibliothecam Palatinam, dedicatam primum ab OTTONE HENRICO Electore, auctam vero egregie sub FRIDERICO III liberalitate VLRICI FVGGERI; adeo ut facile libris

*bris manuscriptis Hebraicis, Graecis, Latinis, & quidem
potissima sui parte authenticis omnem prouocet EVROPAM.*"

Idem Libro II. Chronic Ecclesiastici pag. 1306. **V L R I C V S**
F V G G E R V S, Raimundi filius, litterarumque admirator v-
nicus, qui Palatinatui praeter insignem bibliothecam, **M I L-**
L E A L I Q V O T voluminibus MSS. Graecis, Latinis, He-
braicis spectatissimam, XV aureorum Rhenensum legavit mil-
lia, instruendis quinque Studioſis.

Insigni usui reip. litterariae fuisse hanc bibliothecam, con-
stat. Suppeditauit e. c. Petro Kirstenio id, quod 1611 sub
hoc titulo edidit: *Epistolae Iudee ex MSC. Heidelbergensi A-*
rabico, ad verbum translata. Breslæ typis Arabicis & sum-
tibus auctoris in officina Baumanniana. fol. p. 23. Existit in ea-
dem *Nouum Testamentum SYRIACVM*, anno 783 manu-
scriptum, ex quo doctissimus & multarum linguarum peri-
tissimus **E M A N V E L T R E M E L L I V S** quam pluriua in ex-
emplo Viennensi (conf. §. 2. Schol. p. 9.) correxit, teste Ruth-
gero Spey in praef. ad ep. ad Galatas.

****) Ruthgeri verba huc faciunt: *Inter quam plurimos & pae-*
clarissimos, in omnibus scientiis atque linguis auctores, qui-
bis HEIDELBERGENSIS bibliotheca (vt de Wirttem-
bergensibus & Hassiacis, non minus celebrandis, taceam,) est
refertissima, multi quoque tam sacri quam profani ARABICCI
habentur codices & vetustissimi atque celeberrimi; nec
non elegantissime manu scripti, quos non sine summa tum ad-
miratione tum delectatione mihi nuper, (cum - -) videre
atque inspicere contigit. Et quis scit, ILLVSTRISSI-
MI PRINCIPE S, vt vestrarum familiarum nomen sem-
per fuit celebre, in profligandis Turcis, nunc quoque omni-
um celeberrimum futurum sit in propaganda vera atque
Christianæ religione inter ipsos Turcas. Et ideo DEVS
videri possit non sine singulari prouidentia ARABICVM
illum THESAVRVM, qui non sine magnis sumtibus,
EX IPSIS QVASI TERRARVM FINIBVS AD
NOS COMPORATATVS EST, in vestris Bibliothecis
ad hunc usque diem voluisse conseruare. §. VIII.

§. VIII.

Auctoris
RVTHGERI SPEY
patria,
praceptor,
munia, for-
tunae.

Dignus esset RVTHGERVS, pater linguae Ara-
bicae in Germania, non minus, quam IOHANNES
REVCHLINVS (cui Hermannus Barbarus nomen
Capnionis imposuit) Hebraearum litterarum fuscita-
tor, ac rudimentorum a. 1506 editor, vt vita eius iusta
descriptione percenseretur. Quae ego quidem heic
non praetermittenda esse puto, haec sunt:

- 1) Palatinatum Rheni, qui nobis dedit PHILIPPVM
MELANCHTHONEM, Bretteniae natum, (commu-
nem, totius ecclesiae purioris doctorem, & instaura-
torem litterarum humaniorum in Germania tum
exemplo suo & autoritate, tum institutione tam feli-
ci, vt verissime dici queat, nullius litterati eruditio-
nem & ingenium rebus ad religionem pertinenti-
bus magis profuisse,) etiam hoc decus orbis eruditii
nobis donasse. Vitalem enim auram primum hausit
Bopardiae, in pago forte minori istius provinciae;
qui in mappis geographicis a me non repertus est.
- 2) Elegantioribus primo litteris, vt ipse erat ingenio
amoeno & eleganti, animum perpoluit, quae ma-
gnum deinde ornamentum eruditioni eius theolo-
gicae addiderunt. Capacissimum eius ingenium, in-
tra vnius scientiae ac linguae spatia contineri nesci-
um, per longum, qua patet doctrinarum & lin-
guarum orientalium campus, orbem circumtulit.
EMANVEL TREMELLIVS *piae memoriae*, inquit,
in Hebraicis atque Chaldaicis olim mihi Praeceptor
charissimus fuit.
- 3) Schonauiae prope Heidelbergam, caput Palatina-
tus inferioris, sapientiae diuinae doctor fuit.

4) Com-

- 4) Commemorat item ipse, a doctissimis simul atque piissimis viris, IOACHIMO STRVPIO a GELNHAVSEN, Doctore medico & bibliothecario, & CONRADO LAVTENBACHIO, Theologo, (nomine Principis Electoris) Heidelbergam se vocatum esse, ut libros Talmudicos in ordinem redigeret.
- 5) Praeter libros ac liberos nihil se possidere, tenuisque fortunae homuncionem se esse, dicit, de iuuandis tamen optimis litteris, atque animabus infidelium ad CHRISTI agnitionem perducendis maxime sollicitum. Patres patriae, Principes sui temporis pios ac fideles, se in praefatione Ep. ad Galat. commonefecisse, scribit, ad codices manuscriptos arabicos sacri argumenti, qui in Heidelbergensi bibliotheca assertuantur, typis euulgandos. Deus ditissimus credit nobis tamquam depositariis, administratoribus & trapezitis vel plura vel pauciora talenta. Ex singulis tamen, immo ex vnico lucrum spirituale capendum est. Qui facit diuites & pauperes, etiam per pauperes usuram duraturam praestare nouit.

§. IX.

Haud ingratum fore lectori, reor, si ideam celebratissimi codicis heic exhibuero. Post titulum, qui *Delineatio libelli.*
vnum capit folium, sequitur

- I. Praefatio ad Serenissimos & Illustrissimos principes, Palatinum, Würtenbergensem & Hassiacum; quae implet folia 7, & quia memorabilia multa istius saecula continet, seorsim mereretur edi.
- II. Ad Lectorem. (plag. I.)

D

III.

III. Folium Hebraicis litteris, interiecta tamen scriptura Arabica, consignatum. Sunt eae tales, quales ferebant ista tempora.

III. EPISTOLA AD GALATAS, quae complet folia 15, & seorsim in singulari pagina, omissis vocibus, quas §. 4
بِسْمِ اللَّهِ وَالرَّحْمَنِ وَالرَّحِيمِ الْغَدْشُنْ vidimus comites, الله واحد hunc sibi praefixum titulum habet, punctis vocalibus non animatum:

رسالۃ الی اهل غلطیہ وہی فی العربہ الرباعیۃ

Hoc est: RISALATON ILA AHLI GALATI-
JATI. VAHI FI-LARDIN-ARRABETIN.

Exhibui titulum litteris, quae hodie in typographieis nostris vſitatae sunt. In RUTHGERIANO libro ipso tam tortuose pictae sunt litterae, & abbreviaturis subinde mirabilibus ita obscuratae, ut Oedipo saepe opus sit, certusque sim, totam hanc epistolam ad Galatas non a quois linguarum Orientium tirone legi posse. Omne enim initium rude est. Quam rudes & inconcinni erant vel Germanicarum & Latinarum litterarum typi, breui post inueniam artem typographicam? Quando comparo hos ductus Arabicos, in Ruthgeri libello conspicuos, cum ea scriptura MALAICA, quam in charta rubra mihi a IOH. HENR. SCHVLZIO, Fridericianae pridem Prof. & Arabicæ linguae non minus quam Graecæ peritissimo, ostendi memini: longe certior fio, MALAICOS & ARABES litteris communibus vti. Non falli me credo, si modo posita verba arabica sic vertam: *Epistola ad gentem GALATIAE. Et illa (est) in ordine quarta. Priores voces vide §. 4.* iam expositas. Heic addo de posterioribus a) وہی VAHI & ILLA est pronomen, personale separatum, relatiuum.
b) فی

b) فِي ^ف in praepositio. c) أَرْدُون seu أَرْدُون si-
gnificat لَوْقَم ad coniunctionem cervicis spatularum,
& generatim ordinem, sedem. d) Ultima vox est Hebraica
رباعي رَبِيعٌ RABEON, quartus, cum articulo praepositi-
uo الْ, ob sequens absorbendo, رَبَّ rabaa denotat quar-
tus fuit. Encliticum in signat Ablat. Dat. & Gen.

Versio Latina textui Arabico ex aduerso posita est. Suc-
cedit catechismus seu sex praecipua nostrae religionis
capita.

V. Decem praecepta & decem verba ex §. capite
Deuteronomii. Itidem Arabico-Latina.

VI. Symbolum apostolorum. Arabico-Latinum; vt sq.
VII. Oratio dominica.

VIII. Baptismus.

VIII. Sacrofanta Christi coena.

X. Ecclesiae claves.

XI. Sequitur compendium Grammatices Arabicæ
foliis 17.

*Et haec omnia (Arabica), inquit, ut a studiosis melius legi at-
que intelligi possint, & ad ubiorem cognitionem huius lin-
guæ viam praemonstrarem, adieci quoque in fine huius
opusculi compendium Grammatices, in quo pauca, quae ad
lectionem attinent, & ad rem grammaticam, annotauit. Prae-
cipua siquidem haec lingua cum Hebraica atque Chaldaica,
(tamquam suis fontibus) habet communia, ita, vt, qui has
duas bene cognitas habeat, non multum illi laborandum sit
in discenda Arabicæ, modo lectionem teneat.*

Sistit I. Alphabetum Arabicum. In quibusnam mo-
mentis discrepent istae litterae ab hodiernis, ni-
mis longum foret recensere, & tamen obscurum

D 2 mane-

maneret, sine pictura. Hoc compertum, si, vti alias, sic heic hebraicas litteras fingo in dorso suo iacere, faciliorem euadere litterarum arabicarum cognitionem seu lectionem.

Deinde II. agitur de PVNCTIS A) *Essentialibus*, quae distinguunt figuras litterarum B) VOCABVS, quae faciunt ad formandam lectionem.

Ea sunt a) SIMPLICIA *Patba*, *Chesre*, *Tzun*. (ultimo hodierni grammatici vocant *Damma*.) b) COMPOSITA TENVIM. *Nassab*, *Ger*, *Rapha*. (Hodierni vocant *Nummationem*.) c) Alia DVO PVNCTA: *Tesdit* vel *Trehiph* seu *Tzebiph*, duplicans sonum litterarum, super quas ponitur, *Gisme* i. e. *retractio*. Fungitur id vice Scheva Hebraeorum. Deinde Ruthgerus adfert quaedam de singulari quodam legendi modo Arabum recentiorum, euphoniae caussa immutato. Post haec regulas lectionis, & ad lectionem pertinentes suppeditat. Repeterem heic eas, nam dignissimae mihi videntur obseruationes, nisi deesset spatium. Sequitur explicatio quarundam abbreviaturarum. Index litterarum seruilius, & characteristicarum; utilissimus tironibus sane, ac dignus, qui pluribus grammaticis libris infereretur.

C) DE PARTIBVS ORATIONIS

aa) De VERBO. Terminos Grammaticorum technicos etiam Arabice citat. e. c. Actiuum vocatur *mutadum*, Neutrūm *larmum*, Passiuum *magbul*. Singularis *Muphred*, Dualis *Tethneth*, Pluralis *Gemah*. Tertia masculina *Chaib* 3. fem. *Chaibet*, 2. masc. *muhateb*, 2. femin. *mubatebeth*, prima communis *nephes muthlema*. Praeteritum *Matzi*; Participlum agens *Pbail*; Partic. passiuum *Mapbul*; Imperatiuus primus, quum imperat, *amr*. Imperatiuus 2, quum prohibet, *nebi*. Infinitiuus *matzdar*, Futurum *matzarhu*. bb) De NOMINE. cc) De HERPH, sub quo comprehenduntur reliquae partes. In fine aliud exstat alphabetum Arabicum. Ni fallor, cognationem non plane nullam id habet cum alphabete

beto Arabico *Cufico*. Quae quidem Cuficae litterae vulgaribus perfectiores habentur. Alii autem Cufenses pro imperfectioribus reputant, cum CORN. DIET. KOCHIO in diss. *de fatis studiorum apud Arabes*, qui tradit *Abu Ali Ebn Moklab* antiquos illos & rudes characteres Cufenses cum longe elegantioribus permutasse, teste ELMACINO libro III. H. S. p. 205. Exhibit eas CHARDIN in descriptione itinerum suorum. Originem earum Muhamedani ab ISMAELE ex Hebraea litteratura repetunt, exceptis Persis, qui inuentio-
nis honorem VARAH, h. e. τῶν JERAH tribuunt. Conf.
LVD. DE DIEV rudimenta linguae Persicae, quorum ve-
rum auctorem esse ELICHMANNVM testatur GRAVIUS
in paneg. I. ling. Orient. p. 12.

Iam supra §. 2.p.7.8.dixi, hanc Grammaticam Arabicam esse primam earum, quae ex officinis typographicis Germaniae exierunt. Si CLENARDI labores typis publicati essent: huic potius illud insigne tribueremus, quam Ruthgero. Iste enim NICOLAVS CLENARDVS, (§. 6. supra) qui tam studio incredibili Arabicam lin-
guam addidicerat, quam cordatos viros ad Muhamme-
dici erroris oppugnationem vehementissime epistolis hortatus fuerat, confecit prius, quam Ruthgerus, Gram-
maticam Arabicam, iam ante annum 1542. Exstat ea *Manuscripta*, quod notari velim, in Hispania. Vid.
ALMELOV. *biblioth. prom.* p. 13. & AVBERT. MI-
RAEI Elog. Belg. p. 129. Annoto heic, in subtilissi-
mis Grammaticorum Arabicorum numerari ABÙ L-
ABBAS AHMED, atque MALECK.

§. X.

Subiiciam non nihil de epistola ad GALATAS
(§. 9. num. 4.) Et quidem

D 3

I.De

Observatio-
nnes de ep.
ad G A L.
Arabica.

I. De Arabica conuersione. Num ea RANCATVM
(de quo videatur Mabillon in itinere Italico) an
SAADIAM GAONEM, Iudeum Aegyptium, (teste
Hieronymo) cuius scripta varia recenset Buxtorf
in bibliotheca Rabbinica, & i. c. WOLF in *Bibliotheca Hebr.* P.I. p.932-937. & P.II.p.439. an NESJU-
LAMAM, filium Azalkefati (qui, ex sententia Er-
penii, euangelia e Graeco idiomate in Arabicum
conuertit,) an aliū quendam agnoscat au-
torem, haud facile definiuerim. Quidquid autem
de auctore versionis N. T. Arabicae sit; hoc
saltem extra dubitationis aleam positum * ERPE-
NIO est, multis abhinc saeculis N. T. in Ara-
bum sermonem translatum esse.

*) I. GERHARDVS in *Analectis in Matthaeum* p. 20. antiquita-
tem versionis N. T. Arabicae inde etiam colligit, quod co-
dex MSC, quo Erpenius e bibliotheca academica Leidensi
vsus est, exaratus fuit in monasterio Iohannis in Thebaidos
deserto a. aerae Diocletianae 1059, id est Christi 1342, qui ipse
tamen codex descriptus fuit ex alio exemplari, & hoc rursus
ex alio, ceu ex clausula eiusdem patet.

II. De VERSIONE, quae Arabico idiomati adiuncta
est, LATINA. Pressissimam versionem Ruthge-
rum non * exhibuisse, quilibet, Arabicarum
litterarum gnarus, facile animaduertet. E. c.
in exordio statim vertit: *epistola ad Galatas*, quum
vertere debuisset sic: *epistola ad ECCLESIAM J&I*
seu coetum Galatiae. Ac difficillimum sane sit,
sine subsidiis bene Arabicari, si vel maxime vel-
les ad Cleanthis, vt aiunt, lucernam elaborare.

*) Sed fatetur hoc Ruthgerus ipse: *Adieci, inquiens, etiam*
specimen aliquod translationis, non ut tamquam perfectam
banc

banc studiosis velim obtrudere. (Quid enim quis perfectum praestare posset in hac lingua, adeo peregrina, & quae per totam Germaniam vix paucis sit cognita?) Studui tamen propter rudiores, quantum potui, verbum reddere verbo: *Vbi vero verba fuerunt obscuriora, vt illorum propria & genuina significatio sine Lexico (quo adhuc caremus) inuestigari non potuerit, sensum potius reddidi, quam verba.* Pro labore vero meo satis mihi erit, si aliquos peritiores, me qui nunc latent, ad aemulationem prouocatos induxi, vt, *quod a me incepturn vel saltem delineatum est, perficiant, & huius linguae ubiorem cognitionem nobis tradant.*

II. De DIVISIONE. Alia est in hac Arabica versione, quam in nostris N. T. Graecis editionibus, segmentorum ratio. Caput II. incipit ibi, vbi in Graeca editione Caput II, 4. inchoatur. Caput III. auspicatur, vbi in fonte authentico Capitis III. comma 5. legimus. Capitis III. exordium est, vbi Graecus sermo versum 15. capitinis tertii agnoscit. Caput V. inchoatur cum eo Graeci textus tmemate, quod capitinis quarti versum 12. inchoat. Caput VI. primordium suum capessit, vbi in oratione primigenia capitinis quinti comma secundum notatum conspicimus.

III. De ADDITAMENTIS αγερόis. Exstant in hac versione Arabica epimetra quaedam, quae in Graecis exemplaribus haud reperiuntur, adeoque nec pro diuinitus dictatis habenda sunt. E. c. initium versionis Arabicae sic habet: *In nomine patris, filii & Spiritus Sancti, Dei unici. Epistola ad coetum Galatiae; & illa est ex ordine quarta.* Praefamen hoc, boni ominis caussa praemissum, congruit cum phrasí, a qua omnia Corani capita exor-

exordium sumunt بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ
in nomine Dei miseratoris misericordis. Haec for-
 mula pro tessera superstitionis Arabum Muham-
 dicorum habetur. In fine haec adiecta sunt ver-
 ba, quae in exemplis Graecis itidem deficiunt:
*Finit epistola ad Galatas, scripta ex Roma, & missa
 per TITVM discipulum eius. Deo gratias sempi-
 ternas!*

In versione Syriaca hoc assumentum deest. Habet enim non
 nisi ita:

اَسْلَمْتُكُمْ يَا اَيُّهُ الْكَاظِمُ
 مُؤْمِنٌ بِرَبِّكُمْ

Propter hoc non solum discriminem, verum etiam alia in hac
 Arabicā versione, Syriacis parum vicina (quae singula heic
 recitare, non patitur institutum meum) existimo, hanc ver-
 sionem Arabicam epistolae Galatis scriptae, e Syriaco fer-
 mone haud factam esse; quamuis Isaacus Casaubonus de to-
 tius N. T. versione Arabicā haud dubitauerit pronuntiare,
eam ut plurimum e SYRIACA translatione versam esse.
 Vid. Exerc. XVI. ad Ann. Eccles. Baron A. 34. §. 73. p. 606.
 Subit mentem, Iudee 13. αἰσῆρες πλανηταῖς, a Syro reddi se-
 ductrices stellae. Secus ab Arabe, & melius quidem, *caligi-
 nosas.* Subscriptio Syriaca sub 1 Cor. habet: *scripta PHI-
 LIPIIS.* Sed Arabicā versio in subscriptione refert, hanc
 ad Corinthios epistolam *Ephesi* scriptam esse, quod ipsum
 melius conuenit cum 1 Cor. XVI. 8. & C. XV. 31.

V. De translatione LVCIS quidpiam affundente lo-
 cis quibusdam epistolae ad Galatas. Interpretati-
 oni haec versio inferuit, & confirmationi no-
 tionum. Ne desit exemplum: amicas manus
 porri-

porrigit diffici illi loco Gal. II. 19. ἐγὼ δια νόμου νόμῳ
 κ.τ.λ. haec conuersio Arabica : Sed ego iam mortuus
 sum legi PRIORI, per POSTERIOREM legem, ut viuam
 Deo ; & cum Christo crucifixus sum, ut non ego
 viuam, sed Christus habitans in me. Videamus etiam,
 quomodo versio Arabica se habeat in nodo illo Gor-
 dio huius epistolae, cruce illa interpretum, nempe
 Gal. III, 20. ὁ δὲ μεσίτης, ἐνὸς οὐκ ἐστιν, ὁ δὲ Θεὸς εἰς ἐστιν.
 Et addita est lex per angelos, per eum, qui fuit me-
 diator eorum constitutus in eis. Sed non est media-
 tor unius. Deus autem وَحْدَهُ (Wahhad hu) unus
 ipse. Verbum ςωπομῆσαι reddit Arabs largitionem sa-
 luti. Si lex fuisset tradita, per quam daretur SALVS
 الْخَلَاصُ alchalaz. Vid. E. CASTELLI Lex. Hept. p. 1262.

Gal. IV. v. 25. συνοιχεῖ τὴν νῦν Ἱερουσαλήμ κ. τ. λ. Sicuti Sara
 Hierosolymam τὴν αὔω, h. e. Iebusiticam illam, qualis
 sub Melchisedeco erat, nempe liberam, notat, haec
 vero euangelicam ecclesiæ periodum adumbrat: Sic
 HAGAR consentit omnino Hierosolymae illi humili terre-
 stri (sub iugo ceremoniarum Leuiticarum gementi.)
 ἥ facit opera seruitutis ipsa ἥ filii eius. Haec ver-
 ba, quae Rich. Bentleius, Io. Millius, Lud. Küsterus,
 pro inserto glossemate venditare ausi sunt, in versio-
 ne heic, ecce! expressa. Adhibet vocem وَقْنَشَا (veta-
 Sa) verbi شَأْ, conuenientis cum Hebraeorum שׁוֹה,
 adiicitque كُلْيَا (kullaja) omnino, prorsus. Denotat
 vero سَوَاءٌ sauaon AEQUALIS, RECTVS. Inde est سَوِيٌّ
 aequalis ᥇ par fuit alteri, coaequati inter se fuerunt,
 Lev. 24. 22. Inde est aduerbium סְוִיאָ aequaliter,

E

Coran

Coran Súra 67, 26 : vel כֹּא עַלְיוֹ כֹּא. e.c. aequa-
liter & x aequo, itemque או קָרְתָּה אֲוֹקְמָת TANTVNDEM *michi est, num stem, an sedeam?* Ara-
bicae vocis לִשְׁוּ usus igitur minus fauet coniecturae
LAKEMACHERI in *Observ. Philol.* P. IX. Obs. I. §. 6.

Sit tibi enixa laus, o auctor variarum linguarum & connexio-
nis earum cum scientiis ipsis! Qui tot remedii cauisti, ne ver-
bum TVVM nobis ignotum esset, faxis, ut omnis torpor expugnetur,
nec unquam elangueat studium nostrum, iussa tua per virtutem FIDEI
exsequendi. Versatur prouidentia TVA non tantum circa originalem
textum, sed etiam circa omnes eius in alias linguas versiones. Sit glo-
ria huic TVAE erga gentes bonitati, quas discreuisti & contines linguis.

Sua cuique aevo, & populo subsidia dilargiris. Donum mirabile
est character ille hominum, residuum illud imaginis diuinæ, FA-
CVLTAS LOQVENDI, qua spiritus spiritui patet. Donum mirabile est
FACVLTAS SCRIBENDI, qua beneficia TVA, per viros probos, dudum
mortuos, nobis exhibita, licet in memoriam reuocare.

Sed accipe generatim gratias pro VARIETATE LINGVARVM. Etiam
haec praeclarum donum TVVM est. Hac mones nos conditionis no-
stræ admodum limitatae. Mones, nos nondum in coelis esse. Hac
demonstras magnam TVAM potentiam ac prudentiam; Siquidem ex
paucis illis, quas nobis dedisti, 24 litteris, 50 billiones vocum, im-
mo vero 1000 quinquilliones diuersarum Compositionum, & ultra,
confici possunt. E 24. litteris igitur multo plures quam 24. linguae
propullulant, varia coniunctione. Demonstras potentiam TVAM, OPI-
FEX SAPIENTISSIME! Ista enim tam multifaria praestas non nisi paucis,
decem nempe, organis, quae loquela destinasti, & quae alios praeterea
ad scopos concurrere iussisti. Demonstras sic præstantiam hominis,
qui certissime 50 billiones sonorum variare potest, quum bruta vni
tenori vociferationis adstringantur; & aues, illae paucae sagaciores,
non nisi paucissimis iisque breuissimis voeabulis efferendis aptae, &
quidem post longam demum institutionem, inueniantur. Demon-
strasti sic mentis TVAE amplitudinem, quippe vniuersas, quotquot
sunt, & exsiterunt, linguas intelligis. Nulla vox est in ore nostro,
quam non agnosceres. Magnus es, & omnia fecisti bona!

pag. 25. adde : 1612 epistolas Johannis, editore Bedwello.
p. 27. lin. penult. l. saeculi.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

10. Mai 1994

III/9/280 JG 162/6/85

Dawn 603 m

